

Augustus Varenius, SS. Theol. D. Hebraicorum & Cateches. Christian. Prof. ... Ad Exequias solemnes Quas ... Filiolo Johanni Graffen/ die VI. Febr. nato, renatoq[ue]: die autem XXVI. Iun. ... Parentes ... paratas cupiunt Omnes omnium Ordinum Cives Academicos officiose invitat. Conventus erit in templo Jacobaeo hora XII. : [P.P. die 2. Iunii, Anno cl Ic LXII. sub Sigillo Rectoratus]

Rostochi[i]: Kilius, [1662]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777450941>

Druck Freier  Zugang





Varenius, A.,

in J. Graff.

R. 1662.

27





AVGUSTUS VARENIUS,

SS Theol. D. Hebraicorum & Cateches.

Christian. Prof.



SITATIS ROSTOCHIENSIS

h. t. REGTOR

Ad Exequias solemnes

Quas

Nobili, Elegantissimoq; olim Filiolo

JOHANNI *Grassen/*

die VI. Febr. nato, renatoq; die autem XXVI. Jun.

*superante variolorum Tyrannide, placidissimâ mor-
te ad DOMINUM evocato*

Nobilissimi & mœstissimi nunc

Parentes

In templo JACOBÆO statim post 12. auditam
paratas cupiunt

Omnes omnium Ordinum Cives Aca-
demicos officiosè invitat.

Conventus erit in templo JACOBÆO horâ XII.

Cypr. serm. 4. de mortal.

Mori timeat cui hoc longiore morâ confertur, ut
cruciatu ejus & gemitu interea differatur Mortalitas
Christi hostib⁹ pestis est: Dei servis salutaris excessus est,

ROSTOCH, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



Nacerbissimo floridissimi pulcherrimiq; nuper pupuli JOHANNIS Graffen, Nobilissimi & Amplissimi Viri ac Domini DN. JOHANNIS Graffen / Jcti & Serenissimi ac Celsissimi quondam Principis ac Domini DN. ADOLPHI FRIDERICI Ducis Meckleburgici glor. record. in Regiâ CHRISTINÆ Svecorum Reginae aulâ olim Residentis fulgidissimi ac Consilarii excellentissimi, ex Nobilissimâ Heroinâ ANNA Steinmans / Filioli pretiosissimi, nunc beatissimi, funere, si quis, quid infantis tumulo sit inscribendū, quærat, responsi loco sequens axioma Jobi habeat, sepulcroq; inscribat: HOMO NATUS MULIERE, BREVIS EST DIERUM: UT FLOS, SIMULAC EGRESSUS EST, SUCCHIDITUR cap. XIII. l. 2. Unde tam caducus flos noster, comate quarto statim subjicit: QUIS DABIT MUNDUM DE IMMUNDO? NE UNUS quidem. Interpretes Græci, *οἱ LXX* (ὡς νομίζοντες) reddiderunt. Τίς γὰρ δὲς ἐσται δοτὸν πῶτον. ἀλλ' οὐδὲς ἐὰν κὰθ' ἡμέραν ὁ βίβῃ αὐτῶν ἴπῃ τῆς γῆς i. e. *Quis mundus à sorde? Nemo sane,* (etsi Hemerobius, seu) *etsi unius saltem diei vita ejus super terram,* vel, prout Augustinus, cæteri q; Patres passim allegant: *Nemo mundus à sorde, nec Infans, cujus est unius diei vita super terram,* quo velut malleo fregerunt hæresin Pelagianam; scilicet: *si non est mundus à sorde infans unius diei. profecto pec-*

Etò peccatum quoddam omnibus nobis ab ipsà conceptione inheret, atq;
 adeò datur peccatum originale. Vulgatus expressit: *Quis potest
 facere mundum de immundo conceptum semine, nonne tu qui solus es?*
 unde formã tantum illationis paululum immutatã par argu-
 mentum pro peccato originali: *Si solus Deus potest mundare,*
& mundat quoq; hominem de immundo conceptum semine. Ergò: *Omnes
 homines de carne nati ab ipsà conceptione spiritualiter sunt immundi.*
 Neq; enim indigent mundatione, nisi immundi: & à corpo-
 rali immunditiã mundari homo etiam ab homine potest.
 Utramq; versionem, & Latinam Vulgatam & illam LXX. Virorum,
 ab omnibus penè veteribus, quod attinet ad hunc locum celebratam,
 verba Hebraica ferre posse, lectionem in primis Vulg. tametsi ali-
 quid addit ad verba Hebraica per modum paraphrasicos, tamen quoad
 sententiam optumè convenire cum ipso Hebraico textu, præsertim ut
 nunc scribitur & distinguitur, collatione speciali ostendere labo-
 ravit Bellarm. l. 4. de Amis. grat. & statu peccati c. 4. Ma-
 gnus in speciem Zelota fontium: sed qui comprimere non
 potuit Spiritum Tridentinum: unde nec Vulgatam Latinam
 nec Græcam ex consonantiã fontium æstimat: sed illam, quia
 à CONCILIO OECUMENICO APPROBATA: hanc, quia
 ab OMNIBUS PENE VETERIBUS. Licet autem *immundum
 ex immundo, mundare, vel: Uterinã Sanctificationis præventionem ex
 immundo mundum producere* solius Dei sit admirandum *δημιουργία*,
 cujus utriusq; illius quidem exemplum in regenera-
 tionis Sacramento: hujus in *ὁμοζουμένως* magno *τῆς εὐσεβείας*
 seu incarnationis mysterio, quando contra regulam Euripi-
 dis in Oreste:

ΔΕΘ ἢ πατρὸς τέκνον οὐκ εἶν τι ἐν

i. e. *Sine Patre nunquam existit soboles*

egit noster ὁ ἀπίστωρ, & *Deus ex virgine natus*: de virtute tamen
mundandi seu à peccatis purgandi (quam verè divinam, postillos
 Aristarchos interpretes blasphemix, in thesi non errantes, sibi

ut HOMINIS FILIO legitimavit, seſeſq; adeò θεῶν ἱστωρῶν ven-
 dicavit per ſolemne illud in Evangeliis Paralytico acclama-
 tum: SURGE, GRABATUM TOLLE AMBULA! veldivi-
 nâ illâ *praſervandi* hoc loco non agi: ſed parem illi Servato-
 ris in Johanne: QUOD EX CARNE NATUM EST CARO
 EST, ſententiam hîc enunciari, & adeò in ipſâ *litera fontana*
videntiâ contineri, quod non niſi *per conſequentiam*, Adverſa-
 riis fanè obſcuriorem, in Vulgatâ, tam non licet negare,
 quàm facilè eſt oſtendere. Neq; enim in fontibus eſt: *Quis*
faciet mundum illum qui eſt de immundo ſc. ſemine, prout Vulga-
 tus addidit, hîc Paraphraſta non culpandus: ſed, ſuppoſito
 jâ (1) ילור אשה ſeu *Nato muliere*, ἀρεματικός (2) קצר ימים ſeu
brevi etate. (3) שבע רגו ſeu *ſaturo commotione* (4) שיכרץ יצה וימר
i. e. Qui ſicut flos, ſimul ac egreſſus eſt, ſucciditur. (5) שיכרח כצל ולא
 יעמר i. e. *Qui fugit ſicut umbra, nec conſiſtit*. (6) שיביאנו אלה
 במשפט ויפל i. e. *Qui in judicium divinum citatus comparere Victor,*
 & latere tecto *diſcedere non poſſit*, Universalitèr in interrogati-
 nis ſchemate ſubjeitur negativa clauſula: NULLUS (ne unus
 quidem) DE IMMUNDO MUNDUS: i. e. *Nullus ex carne natus*
non eſt caro, ſeu: Omnis ex carne natus caro eſt. Transcendit hanc le-
 gem SERVATOR, qui non eſt מטמי ſeu *de Immundo*, nec ita
 ex Carne natus, quippe per πνεύμα ἁγίου τὸ ἐπιερχόμενον ſuper Ma-
 riam & δύναμιν ὑψίστου τῆν ἐπιαιτάζουσαν Luc. I. 35. productus, atq;
 adeò nec reſp. modi naſcendi, nec naturæ individuae propriae
 unquam in claſſe מטמי ſeu IMMUNDI: ſed מהור מטהור
 ſeu *mundus demundo*, prout contra non niſi IMMUN-
 DUM DE IMMUNDO, CARO DE CARNE. Quod ergò
 LXX. interpretati ſunt per modum negantis: *Ne unus quidem*
 propius accedit fontibus, quâ vulgata, quæ per modum interro-
 gantis expreſſit: לא אחד Nonne unus? i. e. *Nonne tu qui ſolus ſive*
unus es? Scilicet juxta fontes: jam inde à lapſu genus huma-
 num

num est **ἴμω** seu *immundum*, & quicquid ab illo atro fonte carnali virtute profluit est **ἴμω** seu *immundum*. Homo non renatus *totus immundus*: Homo renatus, in articulo renovationis *ex parte immundus*, seu secundum veterem hominem, imò ita immundus, ut non possit *in iudicium ascendere cum DEO*. Vid. Commate 3. Juxta Vulgatum nihil dicitur, quam: **SOLUM DEUM** spiritualiter **IMMUNDOS MUNDARE**. Ita triumphant ubiq; fontes, etiam ibi, ubi vel nullum, vel exiguum saltem cœlesti Veritati âversionibus periculum. Præbet exemplum par τῶν LXX. (vel LXXII. si bini de unquaq; tribu πῦν Δωδεντ. Φύλων) versio. Parum videri poterat hic interesse: *Quis mundus est à sorde (vel immunditiâ)? & quis de immundo mundus est?* Ibi tamen Tautologia; hic nulla. Hic inculcatur immunditiei connaturale principium: postquam sc. HOMO in Paradiso factus **ἴμω** seu *immundus*, & carnaliter propagatur ac nascitur **ἴμω** i. e. *pollutus vel immundus*, frustra de tali **ἴμω** quæritur **ἴμω** seu de *immundo mundus*. Ibi in versione sc. τῶν LXX. altum de his silentium: cumq; in omni *immundo* nemo non intelligere possit immunditiam, nihil aliud dicitur, quam: **NEMO EST MUNDUS**, nisi contra literæ evidentiam ita velis resolvere scripturâ τῶν LXX, ac si sit. τίς καθαρὸς ἔσται ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ πύμου i. e. Quis, cum sit de sorde mundus erit? Sed & de *Infante Hemerobio Immundo* nullus apex in fontibus, ut mirum fuerit Bellarminum contra fontium sempiternam distinctionem, ipsiusq; Vulgatæ sectionem hic ausum pronunciare. In codice, inquit, *Hebraico non difficultèr idem sensus invenitur*. Hoc scilicet debebatur **VETERIBUS**. Quia tamen Tridentini non immemor esse poterat Authentici, proinde retractat paulò post his verbis: *Interpres noster illud: Brevés dies ejus, conjunxit cum sequenti versu, UT CONJUNGUNT ETIAM HEBRÆI, qui inde incipiunt novum versum*. Hoc scilicet debebatur Concilio Oecumenico, extra quod si fuisset,

set, certè non pro *Fontibus*, quibus hic consonat Vulgatus Pon-
 tificiorum Authenticus: sed VETERIBUS (quasi sc. Jobo den-
 tur illi magis VETERES) pronunciaturus fuisset. Malè ergò ha-
 stenus fecerint à L X X. conjungentes ea verba cum
 præcedentibus, & inde formantes *Infantem Hemerobium*. Nec
 quicquam tamen illâ interpretum τῶν LXX. sententiâ verius,
 & ex materiâ textus facili consequentiâ evidentius: *Si ne-
 unus quidem datur mundus ex immundo. Ergò nec Infans, cujus est
 unius diei, imò hora vel puncti vita super terram. Ergò immundus,
 ubi nascitur, imò ubi concipitur, ubi in uterino foco fovetur ac
 circumfertur, quomodo de seipso infantulo, imò Embryone
 Confessor adultior & post abominabilem congressum non
 Infans jam David Ps. LI. 7. Ecce, inquit, IN INIQUITATE
 FORMATUS SUM, ET IN PECCATO FOVIT MEMA-
 TER MEA, ubi cum Vulgatus Latinus legat: Ecce in INI-
 QUITATIBUS conceptus sum, & in PECCATIS concepit me mater
 mea, indeq; seu ex numero plurali facile contradictionis ex-
 plicetur Hæreticis signum, contra Originis peccatum, quippe
 saltim unum, ita ut intelligatur peccatum non Davidis embryonis
 & Infantis: sed parentum DAVIDIS, qui in iniquitatibus DA-
 VIDEM genuerint, iterum ἀναγκομολογῆν seu ex necessitate Bel-
 larminus Confessor est, & pro fontibus Hebræorum Zelota. Revera,
 inquit, in Hebræico fonte numerus est singularis כֶּעָן וּבְחַטָּא & ideò
 S. HIERONYMUS & alii ferè omnes reddiderunt: In iniquitate,
 & in peccato. Fuit NOSTER quoq; nunc cœlestibus palmis
 floridissimus Infans carnalis nativitatis respectu נִשְׁמָה נִשְׁמָה
 seu immundus ex immundo: nec vel supra Davidem, vel Paren-
 tes Davidis, promittere potuit, sive sibi, sive Nobilissimis &
 religiosissimis alioqui Parentibus generantibus purificatio-
 nis privilegium, idem scilicet locuturus, si non natus esset
 Infans, quod de DAVIDE uterino, DAVID anno sior: Ecce in iniqui-
 tate formatus sum: & in PECCATO concepit me Mater mea, quam Da-
 vidis*

vidis Confessionem & elegantèr & ex fidei nostræ Catholicæ dignitate reverentèr satis eloqvuntur veteres Judæorum Magistri & hic Commentatores, ex quibus Abenefra locum bis allegatum intelligendū dicit de חתתאורו הנטועה בלב אדם i. e. de concupiscentiâ connaturali seu implantatâ hominis cordi: cujus autem, an Matris, an Infantis? Solvit dubium sequentibus בלב הרע נטוע כלב בשער הלידה היצר הרע i. e. in horâ conceptionis figmentum malum seu concupiscentia, implantatur cordi hominis: addit: non deesse, qui in Confessione Davidis superiori: In Peccato fovit me Mater mea, non Matrem Davidis immediatam: Sed Hevâ matrem omnium viventium, intelligant: Jarchi autem ita פג-פראצא: TIBI SOLI PECCA VI & (id quod) MALUM IN OCULIS TUIS FECI. Quomodo enim non peccator sim, cum עיקר יצירתי סוכר ונקברה על ידי השמש i. e. fundamentum formationis meæ in congressu conjugali Patris & Matris, fuerit totum peccaminosum! Usq; adeò HIC NEMO EXCIPITUR. Cæterum limos fæcesq;, quas scatebra natalis secum de carnis fonte traxit, Cœlestis natalis, nostro non QUASI: sed VEREMODOGENITO abstraxit. Idem scilicet Sol vidit orientem Cælo, qui paucis horis intercedentibus, spectaverat orientem solo, ut adeò utramq; & soli & cæli lucem idem dies accenderit. Fuit ille sextus Februarii, anni currentis, quando dibaphum Coccineum ejus, in candidissimam nivem, lanamq; (prout Propheta loquitur) desuit. SPONSOR ipse fui, Testisq; Sacramenti, cujus obligatione nunc suggrundio solvor acerbior. Floruit inde: sed prout inscripsimus tumulo: BREVIS DIERUM, &, non ultra FLORIS ætatem, quæ prout mense natali NOSTRO, cælo benigniore sese exerit: Ita Mense, Infanti, olim Nostro, letali rota nunc in Rosis Liliisq; desinit. Fuit Rosa: fuit lilium, cujus fragrantiam nomen ipsum רהרנו i. e. DOMINUS GRATIAM LARGITUS EST, publicavit: Fuit cura amorq; Matris. Fuit incomparabilis voluptas Patris

Patris. Fuit spes decusq; stirpis. Fuit delitium ac dulces decus
 nostrum, & cujus non spectatoris. Sed NOBIS FUIT! Ha-
 buit, prout Jobus delineavit, instar Floris: UT FLOS SI-
 MUL AC EGRESSUS EST SUCCISUS EST. Sed juvat
 amplius audire JOBUM. Ita ergo ille tmemate 5. & 6.
Quandoquidem præcisi sunt dies ejus, numero mensum ejus apud
Te existente, quandoquidem terminos ejus fecisti, quos non trans-
gredietur, respice ab ipso ut desistat s. quiescat, donec acceptum ha-
beat ut mercenarius, diem suum (i. e. ut, prout mercenarius ope-
râ absolutâ s. ephemeridibus exactis, quiescit suamq; habet
εὐαρίστως horam, ita Jobo afflicto liceat hâc in vitâ suâ quie-
te perfrui & ærumnarum temporis præteriti cum gaudio re-
cordari.) Quàm sive fontibus accommodaverint transla-
 tiones suas, sive malè trasferendo declinaverint Interpre-
 tes à Consilio Fontium, hîc repræsentare non fert institu-
 tum funerale: & tutissimè illud ac facilimè Consulenti
 unicuiq; constat ex collatione. Tale quid est, quod caput
 tmemati quinto s. illud de *præcisis diebus Hominis*, amputant
Interp. Græci, & tmemati quarto apponunt, sub titulo
infantis unius diei. Satis nobis nunc, expressisse quid
 legatur in Fontibus. Si quis ergo quærat, unde, quod ita
 festinaverit, nec Rosarum ferè ætatem superaverit INFANS
 noster? unde, quod VI. Februarii natus & renatus, XVIII. Ju-
 nij Epidemico Variolorum morbo correptus frustratâ Excellentissi-
 morum Dominorum Medicorum, DN. CASPARI March / & DN.
 SEBASTIANI Wirdig / Doctorem & Professorum Medices longè
 celeberrimorum, Collegarum nostrorum honoratissimorum incompa-
 bili cura, XXVI. Junij prematurâ acerbaq; morte abreptus ex ocu-
 lis sit, & amplexu mœstissimorum Parentum, tutissimè ratio
 datur ex Jobo: **DIES EJUS FUERUNT PRÆCISI, NUMERO**
(IV) MENSIVM ejus apud TE consistente: POSUISTI EI TER-
MINUM QVEM TRANSGREDI NON POTUIT. DEUS et-
 jam.

etiam *ex gratiâ* ABBREVIATOR est, &, quos sive gran-
 dibus calamitatibus, periculis, seculi fallaciis obno-
 xios, vel, nisi præeant, perituros, prævidet, salvâ pie-
 tate gratiâq; cœli Juvenes evocat vel Infantes etiam,
 atq; ita *ὁ Θεὸς Φιλῆϊ δαπὶν ὄνειρεν* *v. e.* *Deus citè reposcit, què*
diligit. Neq; Infantium *termini vitales*, quia non omnes
 absolutè sunt inexorabili aliquâ fatorum necessitate
 fixi, extra providentiam sunt positi. Frustra *pro Infante*
 precator David fuisset, si absoluto fato invictus In-
 fanti terminus constitisset. Infanserat *Abiam Princeps*,
 Israelis Regni Candidatus. Displicebant DEO Parentes
 ipsaq; domo: placebat *Infans*. Immittitur Infanti mor-
 bus. Consulitur per Prophetam Deus, ipsiusq; Pro-
 phetæ *preces postulatur pro sanitate principis Infantis*. Re-
 sponsum in speciem durius impetrat Regina Mater
 Consultrix: **MORIETUR INFANS, ET PLANGENT EUM**
OMNES ISRAELITÆ ET SEPELIENT ILLUM. IS
SOLUS perveniet in sepulcrum, eo quod inest huic è domo Jero-
boami ALIQUID BONI, erga JHOVAH DEUM ISRAELIS
 1. Reg. XIV. 5. 12. 13. Ita Pietas etiam Infantes maturior
 evocat, ut ingrediantur in pacem, requiescant in cu-
 bilibus suis. Ita etiam Infantes pertinent ad congrega-
 tionem illam Dominicam, ad quam exclamat Pro-
 pheta: **ECCE QUOMODO MORITUR JUSTUS!**
Congregantur nemine animadvertente, quod ante adventum,
mali congregentur. ANNÆUM *Serenum carissimum mihi*
(Senecæ verba sunt ep. LXIII.) tam immodicè flevi, ut
(quod tibi minimè velim) inter exempla sim eorum, quos dolor
vicit. Hodie tamen factum meum damno, & intelligio ma-
ximam mihi causam sic lugendi fuisse, quod nunquam cogita-
veram, mori eum ante me posse. Occurrebat mihi, multò
B
mino-


minorem esse, tanquam ordinem fata servarent, nunc cogito
omnia mortalia esse & incerta lege mortalia. Tu Vir
Nobilissime, Compater honoratissime supra
Senecam sapiens in acerbo filioli funere diviniore stere-
omate confirmatus. Testatus blandissimum in infan-
tes affectum Servator est, qui tenellæ quoq; infantia
aditus ad se patere voluit, & cum intercluderentur
aliquando per superciliosiores Apostolos: Nolite, in-
quit, prohibere! sinite puerulos ad me venire. Non enim
adultorum solum Servator sum: sed parvulorum quoq;. IMO
TALIUM EST REGNUM COELORUM. Amplexatus
Infantes JESUS est: benedixit & manus INFANTIBUS
imposuit. Marci X. 13. 14. 16. DARIUS, Curtius memo-
rat, Infantem Filiolum, cum magnus Alexander comitante
Hephæstione Reginarum captivarum intrasset tabernaculum,
hujus Alexandri sc. collo ad motum, irretortis oculis, nil Alexandri
tunc primum à se visi conspectu territum, hujus cervicem
manibus amplexum, quâ tam impavidâ Infantis constantiâ
motus Rex, Hephæstionem intuens: Quam, inquit,
vellem Darius ex hac pulcherrimâ indole aliquid hausisset!
Blandior etiam in Infantes JESVS fuit, & ut ambitio-
siores Apostolorum Spiritus reprimeret, Puerulum in
nutrice advocatum, in Coronâ Discipulorum stitit,
magnâ voce testatus: NISI revertamini & fiat sicut pu-
eruli, NON POTESTIS intrare in regnum Dei. Videte ne
illum parvulorum horum contemnatis! ANGELI enim eorum
in cælis semper vident faciem Patris qui in cælis est. NON
est voluntas coram Patre cælesti, ut pereat ullus horum par-
vulorum. Matth. XIIX. 3. 10. 14. Nec contra blandos
ad eum Servatoris amores est, quod dulcissimum vestrum
pulcherrimumq; filiolum, parvulorum, ut plurimum Epi-
demiorum

demiorum, pustularumq; informi pulcherrimisq; detestabili
maximè morbo corripuerit, & elegantes illos vultus sche-
mate squalidiore velaverit DEVS. Etiam genera
mortium ab eodem fato sunt, à quo vitæ fixi termini:
adeò ut cum elementariam & materialem quoq; exter-
nam & internam causam dare liceat, tutissimè tamen
eat ad causam divinam seu ad illud Tò Dēor Hippo-
cratis. Quod si ægritudinum illarum originem rectè
Medici adscribunt, ex suspensâ decimestri uterinâ evacua-
tione infecto sanguini, ut adeò tam atrocis mali primordia
in ipso imbibantur utero, nullus sanè Morbus Peccato
Originali convenientius supplicium fuerit, nullus il-
lius atram fœditatem magis repræsentaverit, quam
Variolorum Morbillorumq;, & uterino adeò peccato, uteri-
num cognatumq; vobis respondebit. Sed, ne pœnæ
iræq; adeò signum esset, prohibet Sacramentum rege-
nerationis, per quam NOSTER INFANS pulcherri-
mus fuit, quia JESVM induit. Filia Regis ornatus æsti-
matur ex interiori, eademq; etiam ubi externo adpectu
NIGRA est, sicut tentoria Cedarena, interioriùs decora est sicut
aulea Salomonis. Ps. XLV. 14. Cant. 1. 5. Pulcherri-
mè nunc Filiolus vester convaluit, adeò ut tumulo ejus
inscribere liceat. S A N I T A S: nec acclamandum:
VIXIT, VIXIT: sed: VIVIT, VIVIT. Jungitur nunc
Sanctissima Animula, præmissa, ante biennium Sororcula CÆ-
CILLÆ MARGARITÆ, Jungitur Avo Paterno NICOLAO
GRAVIO, Consuli olim apud Bergenses Amplissimo. Jungi-
tur AVO Materno JACOBO STEINMANNO JCo, Regia Maj.
Dan. Norveg. &c. Consiliario olim & Præfectura Steinbur-
gensis Administratori eminentissimo. Jungitur Avia paterna
MARGARITÆ Benedicetes magno quondam sui sexus de-
cori

cori & ornamento: quibus post obitum sera (quod pre-
camur) Nobilissimorum Parentum ipsiusq; Avia materna
CÆCILIE Burchards, Matrona primaria, annumerabi-
tur umbra. DEO autem sit gloria qui dedit nobis
victoriam per Dominum nostrum JESVM CHR-
STVM! Quod superest, ut Nobilis & Elegantis hujus
INFANTIS, ubi post horam XII. efferetur, & conditorio
in Templo Jacobæo inferetur, exequias frequentes eant, idq;
& Humanitatis Legi & Nobilissimorum Parentum,
dent virtuti, levandoq; mœrori omnes & singulos
Academia Cives, eâ, quâ par est autoritate
& humanitate, posco.

P. P. die 2. Junii, Anno cl^o cc LXII.
sub sigillo Rectoratus.





demiorum, pustularumq; informi pu-
maximè morbo corripuerit, & eleganti-
mate squalidiorè velaverit DE V-
mortium ab eodem fato sunt, à q-
adeò ut cum elementariam & mate-
riam & internam causam dare licea-
eatur ad causam divinam seu ad-
cratis. Quod si ægritudinum illa
Medici adscribunt, ex suspensâ decim-
tione infecto sanguini, ut adeò tam a-
in ipso imbibantur utero, nullus fati-
Originali convenientius supplici-
lius atram fœditatem magis repræ-
Variolorum Morbillorumq;, & uterin-
num cognatumq; vòmugæ responde-
iræq; adeò signum esset, prohibet
nerationis, per quam NOSTER
mus fuit, quia JESVM induit. Fa-
matur ex interiori, eademq; etiam
NIGRA est, sicut tentoria Cedarena, in
aulæ Salomonis. Pf. XLV. 14. C-
mè nunc Filiolus vester convaluit
inscribere liceat. S A N I T A S:
VIXIT, VIXIT: sed: VIVIT, V.
Sanctissima Animula, præmissa, ante
CILLÆ MARGARITÆ, Jungitur A-
GRAVIO, Consuli olim apud Bergen-
tur AVO Materno JACOBO STEINM-
Dan. Norvveg. &c. Consiliario olim
gensis Administratori eminentissimo.
MARGARITÆ Benedictes magn-

detestabili
tus sche-
genera
termini:
q; exter-
tamen
w Hippo-
em rectè
à evacua-
rimordia
Peccato
nullus il-
t, quam
to, uteri-
ne pœnæ
um rege-
ulcherri-
atus æsti-
ad spectu
ra est sicut
ulcherri-
mulo ejus
mandum:
gitur nunc
orcula CÆ-
VICOLAO
o. Jungi-
Regia Maj.
e Steinbur-
ia paterna
ui sexus de-
cori

